

femel hoc principio concedo, quod Deus aliquos reprobet ante prævisionem peccatorum, sicut sequitur, debere ex vi talis voluntatis efficacis procurare, ut peccet, nam illa voluntas, cum sit efficax, & immutabilis, effectum damnationis fortiter debet, & non potest huic effectum habere, nisi homo peccando effectum mereatur; ergo ex vi illius reprobativæ voluntatis debet procurare Deus hoc peccatum. Conf. quoniam dicentes, Deum ante prævisionem merita electis efficaciter voluisse gloriam, dicunt pariter, ex intentione electis talis finis illi etiam gratiam, & merita voluisse, ut media ad finem; ergo pariter afferentes, Deum aliquos à gloria exclusisse efficaciter, aut prævisione demerita ad ostendendam in eius iustitiam punitivam, consequenter dicere debet, Deum illi voluisse media ad talem finem conducentia, sicuti sunt demerita, non enim major ratio est de mediis respectu illius finis efficaciter intendit, quam istius; & ratio à priori est, quam retigimus n. 133, in calce, quia intendens efficaciter aliquem finem, intendit virtualiter saltem omne id, sine quo talis finis haberi non potest; cum ergo finis per se, & primario intentus à Deo in hominum reprobatione sit ostensio divine iustitiæ vindicativæ, & hæc sine culpa esse non possit, consequentia illa plane negari non potest; unde rursus hic replico, magis consequenter ad illud principium loqui Hæreticos citatos, qui totum id concedunt, quam Adversarios Catholicos, qui cum eis in eo principio conveniunt, & negant, quod ex eo semel concessio sequitur evidenter, Dices, Deum non intendisse reprobatorum damnationem, neque hoc sine illos creare, ut damentur, quia illorum damnatio non est bonum de se appetibile, sed solum eorum peccata, permittit, ut eosque punire ad ostensionem divine iustitiæ, quæ est de se bona; ac proinde neque assumptam valere paritatem de meritis in ordine ad gloriam, & demeritis in ordine ad penam, quia cum meritum sit quod de se bonum, potest esse à Deo volitum, & intentum in ordine ad gloriam, sed peccatum non est aliquid de se bonum, & ideo nequit esse à Deo volitum, & intentum. Addit Ariaga, rationem illam non concludere, quod Deus ex tali reprobativa voluntate teneretur procurare peccatum, quia Deus prædestinat penitentiam electis efficaciter voluntate ante prævisionem peccatorum, & tamen peccati non minus illud supponit, quam pena.

238 Hæc tamen responsio nequit adhiberi à Granado, qui expressè fatetur, eo sine reprobos à Deo fuisse creatos, ut damentur in ostensionem iustitiæ; adhibent eam alii Thomistæ, hæc opinionem defendentes in primo sensu honestiori, saltem secundum apparentiam. Sed neque ipsi suffragari possunt, quia licet peccatum non sit quid per se bonum, & appetibile, quia est malum culpæ, tamen peccato peccati, quæ est idem, quod damnatio ad penam peccato debitam, est aliquid de se bonum, & appetibile, cum non sit malum culpæ, sed penæ, & per ipsam actus exereatur iustitiæ vindicativæ; tum quia ostensio divine iustitiæ est quid de se bonum, & appetibile, & ideo ponitur ab Adversariis finis per se, & primo intentus in reprobatione impiorum, sed punitio, & damnatio ipsi idem esse, quod ostensio divine iustitiæ, ut patet, ergo hæc est quid de se bonum, & appetibile; si dicas, ostensionem divine iustitiæ non esse per se bonam, nisi supposito peccato, quod iuste puniri possit; ergo saltem infero ego, non potuit Deus istud bonum velle, antequam peccatum prævidere, quod puniri deberet. Deinde paritas de meritis, & demeritis assumpta valet ad hominē, nam Adversarii contendunt, eam esse finem à Deo per se & primario intentam ostensionem misericordiam in prædestinatione ad gloriam, quam ostensionem divine iustitiæ in reprobatione ad penam, ergo cum non minore habeant efficacitatem peccata ad hunc finem consequendum, quam merita ad illum, consequenter utraque erunt virtualiter volita, & intentata ab agente, duos illos fines æque primario, & per se intendente, nam hic non attenditur ratio boni honesti, sed boni utilitatis, quod scilicet possit habere rationem medii, conducentis ad aliquem finem, quale est peccatum ad ostensionem divine iustitiæ. Dices, certum esse, & de fide, Deum velle efficaciter damnare reprobos, & tamen non velle peccatum sine quo non damentur. Hoc non suffragatur, nam in tantum id verum est, in quantum non vult illos damnare ante peccata eorum prævisionem, nam si vellet eos sine culpa damnare ante prævisionem, ut Adversarii dicunt, plane horum duorum alterum foret concedendum, aut quod vellet eos sine culpa damnare ex suo merito beneplacito, ut quod vellet etiā culpam, ut iuste illos damnare posset, ut argumentum probat. Demum Ariaga instantiam de penitentia, in qua minus peccatum supponere, quam pena saltem assumit, quod sit electis efficaciter volita ante peccatorum prævisionem, cum enim sit de eorum numero auxiliorum, quæ peccatum aut actum postit essentialiter respiciunt, volita est, ac prædestinata electis post eorum peccata prævisionem, ut bene Smilinch, advertit tract. 3. disp. 6. n. 766. & 78. Deinde moderni Calvinistæ in sua nationali, ut eam vocant, Synodo Dordrechtana anno Domini 1619, absoluta, blasphemiam sui Magistri Calvinii abjurarunt, quod

Deus aut auctor peccatis, & tamen, quia aliud adhuc dogma Calvinii retinuerunt, quod Deus ex liberrimo, iustissimo, irreprensibili, & immutabili beneplacito, quod non electos daret verum in communi misericordiam, & non tantum propter infidelitatem, sed etiam cetera omnia peccata ad declarationem iustitiæ sue damnare. & eternum punire, sic enim loquuntur titulo de præd. art. 15. Atque hoc decretum reprobationis, quod Deum neutiquam peccati auctorem, quod cogitatu blasphemum esse, sed tremendum irreprensibilem, & iustum iudicem, ac vindicem iustitiæ, cui articulo subscripsit quorundam Calvinii sectatores ex Britannia, Gallia, Germania superiori, & inferiori ad eam Synodum conveniant; & tamen, inquam, Catholici huic articulo consentire noluerunt, eo quia docentes Deum ex suo beneplacito quosdam reprobare, ut eorum peccata puniendo suam punitivam iustitiam ostenderent, tanquam propter finem primario, & per se ab eo intentum, censuerunt, non nisi verbis blasphemiam Calvinii abjurasse; quod Deus sic auctor peccati, quonia ex illo falso dogmate necessario hæc alia blasphemiam deducitur; unde minus accurate Smilinch, disp. 6. citat. n. 692. dixit in ea Synodo omnes modernos Calvinistas in eo puncto consentisse, quod Deus neminem reprobare positive pro merito suo beneplacito, sed propter peccatum, etenim ut patet ex eorum verbis, etiam ab ipso relicto dixerunt, Deum reprobare ex liberrimo, iustissimo, irreprensibili, immutabili beneplacito, & quavis postea subdant, eos propter peccata damnare, & in æternum punire ad declarationem iustitiæ suæ, loquuntur de executione temporali, non autem de æterno reprobationis decreto, vel loquuntur de ordine executionis, non autem intentionis, quem duplicem ordinem in reprobatione constituunt, sicut in prædestinatione, eo quod eam velint, habere rationem intentionis, & circa finem verari primario intentum, sicut prædestinationem; & ita loquuntur, ne videantur impietati Calvinii consentire, qui consequenter loquens ad illud principium, quod Deus reprobet ex merito suo beneplacito, & non ex causa nostra, id est ex nostris peccatis prævisis faciebat Deum peccati auctorem. Tum quia etiam Calvinus, & Beza concesserunt, reprobos damnari ob sua scelera, ex dictis n. 135.

Denique ex hoc principio, quod Deus reprobet ex merito suo beneplacito ante peccata prævisionem, deducit Granado, tract. 9. disp. 4. explicationem quandam orationis Dominicæ, quæ simul aures offendit, & cachinnu movet non minus, quam tomacum, ait enim, reprobos etiam, quando sunt in gratia orantes *Patres nostri*, illis verbis *fat voluntas tua*, petere, ut permittantur cadere in gratiam in peccatum, quia hæc est voluntas Dei, licet autem est petere, & velle ea, quæ Deus efficaciter vult, præsertim ex suo beneplacito. Quam peregrinam, & inauditam etiā apud Novatores Dominici orationis expositione merito, & graviter, & lapide irridet, & confutat Ariaga loc. cit. hic enim sequeretur, *si tu postea sit damnandus orationem Dominicam recitaveris, dum ei mediante beneficia à Deo petere, & obtinere confidit, & præsertim propriam salutem dicis, adveniat regnum tuum, petere contra se, & contra se orare, & per eandem orationem obtinere suam perditionem, summumque sui malum, ut scilicet Deus exequatur suam voluntatem de permittendo eo labi in peccatum mortale, & ultimo damnatum, causam moralem suæ æternæ miseriæ imperatoris sibi suadere; quis illius orationis id scilicet, & cogitans orationis dominicæ recitatione non exhorret, et ab his hæc cogitatur, inquit Ariaga, procul ab omnibus, nequam Catholicis, sed etiam Hæreticis, cu oratio illa Dominica fuerit à Christo instituta in bono nostro spirituale, & non in nostro vitioso; unde verba illa *Fiat voluntas tua sicut in Cælo, & in terra*, explicari solent de observantia preceptoris, adeo ut per ea petamus, ut ab omnibus præcepta Dei observentur, & ne ulla sint in terra peccata, sicut non ut in Cælo, tantum abest, ut petamus, quod tota hæc horribilia peccata permitta, ut à Deo, ut ait Granado, quod etiā evidenter colligitur ex altera frequenti petitione, *ne nos inducas in tentationem*, hoc est, ne permissas nos succumbere tentationi. Tum quia iuxta expositionem Granado, essent in oratione Dominica petitiones sibi invicerepugnantes; nam dicens iustus postea damnandus, *fat voluntas tua* est petende, ac dicere, *permittas me succumbere tentationi*, & addendo, *ne nos inducas in tentationem*, dicitur, *ne permissas me succumbere*, dicens, *adveniat regnum tuum, petere*, Celi, quasi diceret, *da nobis Celi, addendo, fat voluntas tua, petere infernum*, quasi diceret, *mittas nos ad infernum*, quare hic oratio recitaretur, ut haberet adagii Italici, *Pater noster alla rovercia*, valeat ergo huiusmodi expostio Domini, orationis, quæ est summa totius Ecclesiæ oratio, & à Christo Domino specialiter instituta pro nostra salute poscenda; quomodo autem voluntas creata debeat divine conformari, videatur Theologi 1. d. 48.*

Opposita itaque sententia Dei, scilicet non reprobare positive aliquos ex merito suo beneplacito, aut habuisse voluntatem illos excludendi à gloria viæ absol., sive per modum penæ atcedentem

detur ad prævisionem peccatorum eorundem est communis inter Theol. tanquam magis pia, & consentanea bonitati, misericordie, & iustitiæ Dei, ita Scot. noster 1. d. 41. quæst. un. §. potest aliter dici, ubi ait, prædest. nulla est ratio ex parte prædestinati, reprobationis tamen est aliqua causa, quod secundum dictum probat, quia damnatio non videtur bona, nisi quia iusta, nam secundum Aug. 11. super Genf. c. 24. *Non prius Deus est ultor, quam aliqui sit peccator*, videtur enim esse crudelitas punire aliquem non præxilente in eo culpa; igitur à simili non vult Deus prius aliquem punire, quam videat, aliquem esse peccatorem; & s. contra istud, immediate sequenti ruboratur, non ponitur similis processus prædestinationis, & reprobationis, quia bona omnia attribuantur principali Deo, mala autem nobis, & ita Deum prædestinare sine ratione congruit bonitati sue, sed ipsi velle damnare non videtur, sibi immediate posse attribui respectu objecti, ut cogitit in peccato mortali finali; & similia tandem habet in fine quæst. eandem sententiam expressè docuit D. Thom. q. 6. de veritate art. 1. d. ultimum, & art. 2. ad 9. quem à priori opinione aliquo modo cum Hæreticorum errore communicante nititur liberare Smilinch, noster d. 6. q. 11. n. 693; eo quia p. 1. q. 23. art. 3. & 5. semper significat hominem, prout obijcit reprobationis positive supponi dignum ita, & odio propter peccatum, idem docent nostrates omnes D. Bonav. d. 41. art. 1. quæst. 1. & 2. Major. q. 4. Bassol. q. un. art. 4. Alensis p. 1. q. 28. memb. 3. art. 1. Faber disp. 49. Posnanienf. 1. d. 41. disp. un. Poncius disp. 7. q. ult. Vulpes disp. 49. art. 4. Sual. loc. cit. Vaf. disp. 99. Molina, & Valentia 1. p. quæst. 23. art. 5. Amicus disp. 16. sect. 3. Lezana tract. 4. disp. 12. q. 2. Pennotus lib. 7. cap. 3. & alii passim etiam Thomistæ ut Nazari. q. 23. art. 5. controv. 3. concl. 4. & Zmelac Aversa sect. 29.

241 Primo probatur ex illis scripturis, in quibus docemus, Deum velle, omnes homines salvos fieri, ut 1. Timot. 2. *Vult omnes homines salvos fieri*, & 2. Petri 3. *Nolens aliquem perire*, Ezech. 18. *Numquid voluntatis mea est mors impij*, nam cum hac voluntate sit scilicet ab ingenio, non illufo, & sicca, alia voluntas consistere nequit, quod Deus ex se, nullaque causa ex parte hominum adiuncta, velle quosdam efficaciter salvos non esse, ut deducit id in prima ratione contra Granado, n. 236. Rursus ex aliis scripturis testantibus, Deum non esse causam, vel auctorem peccati adducit disp. 4. quæst. 3. quatenus si aliquos reprobaret ante peccatum prævisionem, deberet ex vi talis voluntatis efficaciter procurare, ut peccent, ut deducit id in alia ratione Granado, n. 237. Et adhuc efficaciter probatur ex aliis scripturis, testantibus, mortem, & perditionem reprobatorum esse ex ipsis, & non à Deo, id est, non nisi causa, & occasione ab ipsis data Sap. 1. *Deus mortem non fecit, nec delictum in perditione viventium*; Tobie 3. *Non delictis in perditionibus nostris*. Osee 3. *Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum*; Reg. 14. *Neque vult Deus perire animam, sed retrahat cogitans, ne penitus pereat, qui admittit, est, quibus in locis sermo est de perditione anime, & morte damnationis æternæ, & dicitur, Deum non fuisse causam ipsius, aut non delicti in ipsi, autem Deus ante peccatorum prævisionem homines reprobaret, dicitur, fecisse mortem, & perditionem hominis esse ex Deo, & in perditione ipsius delictum fuisse; sed inter omnes illustrissima est illa trita scriptura, Ezech. 18. *Nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, & vivat*, quæ nullo modo subiliter potest in opposita sententia, quæ tamen efficaciter ponit ante prævisionem demerita voluntatem peccatoris, quæ mortem iustorum, imò iuxta illam magis velle mortem reprobi peccatoris, quam ejus vitam, quandoquidem illa docet, Deum efficaciter optare ex se mortem peccatoris, vitam vero ad summum inefficaciter. Nec valet responsio Alvarez loc. cit. dicentis, verba illa esse intelligenda de pena sensus, aut de exclusione à gloria non præcisè, & absolute sumpta, sed ut habet rationem penæ damni. Non valet, quia cum omnes de facto sum ordinati ad gloriam, ut ad finem supernaturalem, atque ex tali ordinatione gratia, & gloria sit nobis debita, eo ipso quod quis excluditur esse positive à gloria, iam illa exclusio, & carentia gloriæ est sibi pena, quatenus est privatio boni debiti; atque id eodem modo n. 236. illam distinctionem in causa nostra non habere loc. quia de facto exclusio à regno, & carentia gloriæ non præcendit ad penam damni, & de facto flante hoc tenem ordine ordinatur ad mortem reprobatorum, quam tamen Deum ex se non fecisse, restantur licentiter allegare scripturæ, Dices, ut iam auctoritate facere difficultatem in omni sententia, Dices, ut iam auctoritate peccatoris reprobo dare auxilium efficaciter, quæ vult Deus non vult quod sit virtualiter vult, quod non convertatur, per quod salte virtualiter vult, quod non convertatur. Negatur consequentia, aliud enim est non dare auxilium efficaciter ad conversionem, aliud vero velle, quod non convertatur, nam cum primo coheret voluntas simplex de ejus salute, ac sufficiens, ob quam etiam ei præstat auxilia sufficientia, & ad salutem necessaria, quod non*

stat cum secundo; unde nunquam verum est in communi sententia, velle, peccatorem non converti, & voluntatem habere efficacem de ejus morte ante peccata prævisa; quod autem ei non det auxilia efficaciter, solum arguit, quod non efficaciter optet ejus conversionem, non vero quod efficaciter velit ejus perditionem, satis enim est, ut quod sufficientia adhibeat auxilia, & quæ ex culpa præcisè non sint efficaciter.

Secundo probatur ex Conciliis, Valentini enim sub Lothario Imperatore cap. 3. hanc veritatem expressè determinat his verbis: *Fidenterque fatemur, prædestinationem aliquorum ad vitæ, & prædestinationem impiorum ad mortem, in electione tamen salvandorum misericordiam Dei præcedere meritum boni, in damnatione periturorum meritum mali, præcedere iustum iudicium Dei*, ubi constat, Concilium non agnoscere in Deo voluntate excludendi à regno, nisi propter peccatum, cum tamen agnoscat respectu electorum voluntatem misericordie ante meritum boni. Dices Concilium loqui de voluntate executiva, in qua utique demerita præcedunt reprobationem. Contra, quia in eodem ordine executionis etiam merita bona præcedunt prædestinationem; ergo non loquitur de ordine executionis, in quo prædestinationis, & reprobatio acquiparantur, sed de ordine intentionis, qui solus in prædestinatione distinguitur ab executione, cum reprobatio nullum habeat finem per se, & primario intentum; quare si tam in ordine executionis, quam in ordine intentionis reprobatio est ante opera mala, sicut prædestinatio ante bona, concidit penitus discrimen, inter utraq; à Concilio assignat. Dices, verba Conc. facere difficultatem in omni sententia, quia sicut respectu electorum habet Deus voluntatem dandi gratiam congruam, ita comparatione reprobatorum habet voluntatem negandi gratiam congruam necessariam ad perseverandum; ergo eodem modo se habet respectu prædestinatorum, & reprobatorum servata proportione, & tamen Concilium discrimen agnoscat. Respondeo, reflexione argumenti non esse ad rem, quia non loquitur Concilium de prædestinatione ad gratiam, vel reprobatione ad gratiam, sed de prædestinatione ad gloriam, & reprobatione ab eadem, ut ex ejus verbis constat; & loquendo etiam de prima prædestinatione, & reprobatione adhuc est discrimen, quia licet Deus habeat voluntatem negandi reprobis gratiam congruam ad perseverandum tamen hæc voluntas non supponit in Deo voluntatem aliquam etiam simplicem excludendi à regno, imò potius supponit voluntatem simplicem illos includendi, virtute cuius, licet eis denegetur gratiam efficacem, largitur tamen sufficientem, quæ solè ex culpa nostra redditur inefficax, quæ de causa negatio gratie congruæ in reprobo non est causa per se peccati, aut damnationis, cum reprobus auxilium habeat sufficientem, gratia tamen, & misericordia Dei per se requiritur ad meritum, & opus conducent in vitam æternam. Dices, discrimen à Concilio statutum inde spectandum esse, quod voluntas damnandi, licet non sit post peccatum actualem nostrum, est tamen post originale, voluntas autem salvandi est ante omne opus bonum. Hæc solutio dari non potest ab illis Thomistis, qui ponunt reprobationem ante quocunque peccatum, tam actualem, quam originalem, ut Granado, voluntate, quæ primò intentam fuisse à Deo ostensionem suæ misericordie in electione quorundam ad gloriam, ac ostensionem iustitiæ sue vindicativæ in reprobatione aliorum à gloria, & ad penam, tum quia reprobatio ex soluto ex ipsis Conc. verbis, quod expressè loquitur de peccatis nostris, id est actualibus, & non tantum loquitur de peccata damni, sed etiam de peccata sensus in inferno, quam tamen non merentur ob solum originale peccatum. Concilium quoque T rid. ad hoc idem probandum adduci potest docens f. 6. c. 11. & 13. ex Aug. aliis Patribus, quod *Deus neminem deseruit, nisi prius deseravit ipso*, sicut enim Deus hominem reprobasset ante peccatorum prævisionem, prius diceretur, Deum deseruisse homines, quia homines, cum Deum, neque rursus dicens, difficultatem esse commune, quia cum Deus deserat, aut de exclusionem à gloria non præcisè, & absolute sumpta, sed ut habet rationem penæ damni. Non valet, quia cum omnes de facto sum ordinati ad gloriam, ut ad finem supernaturalem, atque ex tali ordinatione gratia, & gloria sit nobis debita, eo ipso quod quis excluditur esse positive à gloria, iam illa exclusio, & carentia gloriæ est sibi pena, quatenus est privatio boni debiti; atque id eodem modo n. 236. illam distinctionem in causa nostra non habere loc. quia de facto exclusio à regno, & carentia gloriæ non præcendit ad penam damni, & de facto flante hoc tenem ordine ordinatur ad mortem reprobatorum, quam tamen Deum ex se non fecisse, restantur licentiter allegare scripturæ, Dices, ut iam auctoritate facere difficultatem in omni sententia, Dices, ut iam auctoritate peccatoris reprobo dare auxilium efficaciter, quæ vult Deus non vult quod sit virtualiter vult, quod non convertatur, per quod salte virtualiter vult, quod non convertatur. Negatur consequentia, aliud enim est non dare auxilium efficaciter ad conversionem, aliud vero velle, quod non convertatur, nam cum primo coheret voluntas simplex de ejus salute, ac sufficiens, ob quam etiam ei præstat auxilia sufficientia, & ad salutem necessaria, quod non

Tertio probatur ex Patribus, nam Aug. lib. 6. Hypogn. paulo post initium planissime docet, Deum reprobos punire, quia vidit quid essent facturi, nec Deum eos fecisse puniendos, seu ex fine puniendi, aut ad id prædestinasse, & firmiter tenendum malos in peccato præcitos, non prædestinatos, ceteros autem, inquit, pena puni, quos ideo puni, quia quid essent facturi præcitos, non tamen ipse fecit, puniendos, vel prædestinatos, & non solum id afferit de peccata sensus, ut respondere solent Advers. sed de maxima

pro, intelligendo illum locum de reprobatione à gratia, ita quoque nos explicabimus intelligendo eundem de reprobatione à gloria: ita loquitur Apost. de reprobatione negativa; Tertia igitur expositio magis placet, quod ibi in sensu allegorico loquitur Apost. de reprobatione à gloria, & prædestinatione ad eandem: ut fuscissimè loc. cit. que evidenter ex ipso colligitur contextu, ubi electi vocantur vasa honoris, & non electi vasa contumelie; que metaphora à Patrib. passim intelligitur de electis ad gloriam, & reprobis ea; unde ab Aug. lib. de corrept. & grat. c. 7. que hic vocantur vasa honoris vocantur, *vasa misericordie*; quod utrique intelligi debet ex vi electionis ad gloriam, nam per electionem ad gratiam, eisque perseverantiam usque ad mortem sunt potius, *vasa iustitie*, hoc est tales, ut eis iuste ex meritis reddi debeat merces, & corona gloriæ à iusto iudice Deo; Tò quia 4ad Tom. 2. ita loquitur de istis vasis, ut Deus ex sua sola voluntate nō faciat homines vasa honoris, aut contumelie, sed homines Deo adiuvare, vel permittente per suam ipsorum libertatem facere se ipsos vasa honoris, vel contumelie, in magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed lignea, & fictilia. & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam, sicut ergo emendaverit se, erit vas in honorem sanctificatum. & articulo Dominio, ad omne opus bonum paratum, ergo nequit hic Paulus loqui de sola prædestinatione ad gratiam, & reprobatione ab illa quoniam prædestinatione ad gratiam, tam in ordine intentionis, quam executionis semper est gratuita, & nunquam ex nostris dependet operibus, sed semper ex sola Dei voluntate prædestinatione ad gloriam, licet in ordine intentionis sit gratuita, tamen in ordine executionis ex nostris quoque dependet operibus; ergo commodus locus iste exponitur de prædestinatione ad gloriam, ita quod hic de ea loquitur in ordine intentionis, quo modo dependet ex sola Dei voluntate, & 2. ad Timor. de ea in ordine executionis, quo pacto dependet etiam ex operibus nostris. Idè tādè colligitur ex illis verbis *miserabor, cui miserabor, & misericordiam præstabo, cui miserabor*, que verba, si ibi sermo esset de sola ad gratiam prædestinatione, sensu redderent identici, aut saltem nullum mysterium continerent, nā sēs esset gratiam conferam in tempore, cui gratiam preparavi ab æterno, qui sensus est identicus, & omni carens mysterio, quia non explicaret primam, & tādè causam donationis gratiæ in tempore, que alia esse non potest, nisi liberum, & gratuitum decretum de danda gloria, neque enim decretum de danda gratia usque ad mortem oritur ex eodem decreto de danda gratia usque ad mortem, sed debet oriri ex alio priori decreto de danda gloria, que cum sit finis ex natura rei per gratiam acquisibilis, petit consequenter aliud decretum de danda gloria, quod postea inveniit illis verbis: *in vasa misericordie, que preparavi in gloria*.

249

Sic itaque hac tertia expositione, quod Paulus loquitur de prædestinatione ad gloriam, & reprobatione ab ea, ad argumentum dicimus, ibi locuti esse de reprobatione negativa, hoc est non electione ad gloriam, ut explicat Aug. ubi inquit loquens de causa dictionis à Deo factæ inter electos, & non electos ex eadem causa naturæ, ubi nulla vel paria erant merita, eam nullam esse foret præter sapientissimam, ac iustissimam Dei voluntatem & cum Paulo exclamavit, *de altitudo divitiarum, & c.* quare odium sumitur ibi negativè pro non dilectione, ut dixi n. 77. & gratias concedimus, nullam reprobationis sic sumptæ dari causam ex parte reprobis; & hoc colligitur ex verbis, *Numquid iniquitas apud Deum?* quibus innuit Paulus, antè operum quidem prævisionem illum dilectum esse, istum autem non dilectum. Deum tamen ac iniquis videatur, neque hūc positivè à gloriæ excludisse, neque ad penam destinasse antè prævisionem peccati actualis, vel saltem originalis. Ad 2. ubi resistere, non idè significat, quod contrantici, sed idè quod non adicit, ut bene explicat Smilinc, quia n. 70. cum enim dixisset, *ergo cuius vult miseretur, & quæ vult indurat*, idè non emollit conferendo gratiæ auxilium efficaciter, ut Aug. & alii Patres exponunt, ita in preveniens objectionem, que fieri poterat, subdit, *Dices itaque mihi, quid adhuc queritur voluntati enim eius quis resistit?* hoc est, quis nisi Deo efficaciter miserante conat i poterit, cum sine illa homo ad Deum converti non possit? Cui quidem objectioni respondet Paulus non admittendo illationem, sed potius eā negando, & reprehendendo, dicens, *de homo tu quis es, qui respondes Deo?* id est, quis sic inferas ex illo libeto Dei beneficium, quo cuius vult, efficaciter miseretur, & quæ vult, indurat, id est, non efficaciter miseretur, nō eo nō obstat beneficium omnium miseretur sufficienter dans omnibus gratiā, qua possunt converti, & bene agere, licet non omnibus det gratiā efficacem, qua convertendi sint, & bene acturi infallibiliter, quod cur Deus facere noluisset nec ex parte hominis reddi potest, cum non sit currentis, neque voluntatis, nec à Deo poscenda ratio, cum sint inscrutabilia eius iudicia. Ad 3. dico verbū *faciendi* similiter negativè sumi debere, ut sit idem facere vas in contumeliam, ac non facere in honorem, nam de vase in contumeliam facto positivè loquitur Apost. immediate post appellans illa *vasa ire*, ut ad 4. probatio-

nem explicabimus; neque illa similitudo figuli sumi debet exa cte, ut exemplum cuiusdam dicitur, quatuor pedibus, quemadmodum. Hæretici faciunt, qui de hominibus rationantur, tanquam si eisdem ebetes, & divites sine spiritu, & voluntate, mercede passivè se habentes, & mutare gratiæ nihil cooperantes, circā propriam salutem, idè namque damnatum est in Conc. Trid. sess. 6. de iustif. sed accommodatè sumenda est, ut nimirum scit figulus, dum ex una massa quandam luti portionem in assumit, & in vas honorabile efformat, & circa aliam portionem, & quam non assumit, negativè se habent, id est circa illam ex vi talis assumptionis nihil agit, idque ex sua mera voluntate, cum maffæ portiones supponantur omnino pares; ita Deus ex totius humani generis massa quosdam ex suo benedictio eligens, circā alios ex vi talis assumptionis negativè se habet, neque ulterius debet similitudo profectui, quod sicut figulus deinde aliam massæ portionem facit positivè vas contumelie, nulla existente causa in ea portione, sed ex mere suo benedictio; sic quoque Deus reliquam hominem partem nulla ex eis occasione desumpta positivè efformat in vase contumelie, quia hoc respugnat summæ Dei bonitati, qui homines impios non facit, sed ex seipsis sic factos supponit ac summæ Dei iustitiæ, que sine causa ex parte hominis non eum deputat ad penam; sed plura de hac vaforum metaphora vide apud Pennott. lib. 5. cap. 14. interim quod ea abutantur Novatores, & omnino contra intentionem D. Pauli, satis constat ex eadem metaphora loco jam cit. 2. ad Timoth. cap. 2. ubi aperte dicitur, Deum pro sola voluntate non facere homines vasa honoris, aut contumelie, sed etiam homines suo libero arbitrio ad hoc concurrere.

Ad 4. tandem illis primi assumpti probatione fateor, illis ultimis verbis tangi quoque reprobationem positivam, quod si Deus volens offendere iram, & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa ire aperta in interitum, ut ostenderet divitiis gloria sue in vasa misericordie, que preparavit in gloria, quibus verbis significat Apost. non amplius loqui de voluntate prævisionem peccati antecedente, sed subséquente, quia declarat, nullam esse causam, hoc est, que iam erant ire, & facta sunt vasa contumelie, ex seipsis positivè, quod illis verbis indicatur, *aperta in interitum, declarata* (in qua) quod sustinuit in multa patientia vasa ire aperta in interitum, illud autem, quod Deus fuffert cum multa patientia, nō facit ex se pro benedictio sui voluntatis, quia volenti cum patientia nō est omnino voluntati simpliciter volenti, sed admixtū habet involuntati; ergo dicens Apost. Deū in multa patientia sustinuisse vasa ire aperta in interitum, clarè significat, Deū pro sola voluntate non facere vasa ire, nec in eis ostendere velle potentiam suæ iustitiæ vindicativæ antè peccati prævisionem. Tūm quia illis verbis indicat, Deū reprobos expectare in multa patientia illos que sua culpa damnari contra voluntatē, & desiderium Dei, qui illos allicet, expectat, & adiuvat; ergo Deus vasa ire illos non facit, sed ex seipsis factos supponit, & in multa patientia sustinet, quod consonat ei quod habet in eadem Epistol. ad Rom. 2. *An divitiis benivolis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? an ignoras, quod benignitas Dei ad penitentiam te adducat, secundum autem duritiam tuam, & impenitentiam cor thosauris tibi iram in die; non ergo Deus reprobos vasa ire facit, sed facta supponit, quod dum nō vult in eis ostendere potentiam suæ iustitiæ vindicativæ, non potest talis voluntas prævisionem peccatorum antecedente, sed omnino subséquē; quare cum in his ultimis verbis de reprobatione positivā sermone habet, negatur, Paulū huius reprobationis nullam ex parte reprobi admittere causam, que expositio fuit Fulgentii lib. 1. ad Monimum c. 26. ubi ait, *Quælo Monime charissime, ut hunc locum Pauli diligenter attendas, notum namque est, iram Dei dici non posse, nisi ubi creditur, iniquitas hominis præcessisse.**

Sed Dices, Aug. non velle præstatum Apost. locum ad Rom. 9. interpretari de odio vindicativæ iustitiæ, ac consequenter de positivā reprobatione propter peccatum originale, quod dicit, fuisse prævisionem in Jacob, & Esau, quia Paulus solam dicit antequam quidquam bonis, aut malis existens, non vero antequam quidquam malis contraxissent, ita præsertim clarissimè loquitur lib. de prædest. SS. cap. 8. post principium, & cap. 9. & de bono perseverantibus, cap. 3. circa principium, & Math. 20. exponendo parabolas vineæ, & alibi frequenter; imò de prædest. SS. cap. 8. cit. explicans responsum Apostoli ad illam objectionem, *Dices itaque mihi, quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis resistit?* inquit August. *Numquid responsum est ab Apost. de homo falsum est, quod dixisti non, sed responsum est, de homo tu quis es, qui respondes Deo? numquid dicit figmentum ei, qui se fixit, quare sic me fecisti? an non habet potestatem figulus luti ex eadem facere massa? & quibus verbis palam rejecto, quod supra diximus, Paul. illi objectioni respondere non admittendo illationem, sed potius eam negando; siquidem Aug. inquit, Paulum admittere illationem illam, & non dicere, quod sit falsum illatum. Respondeo, etiam illi totum id concederemus,*

nō propterea ex illo loco Pauli deduci, reprobationis positivā nullam dari causam ex parte reprobi, nam saltem causa assignata originale peccatum; verum tamen est, originale culpā non esse adequatam causā reprobationis omnium, qui de facto damnatur; & hoc quidem in Angelis malis constat, quibusque originali culpa sint reprobati, etiam in illis hominibus, quibus originale peccatum in hac vita remissum est; quare in adultis causā reprobationis est peccatum finale, sive unum, sive multiplex, sive originale, sive actuale mortale, sive utrumque simul, usque ad mortem nō remittuntur in parvulis vero, quibus peccatum originale nunquā dimissum est, causa positivæ reprobationis est ipsum originale peccatum, non quatenus præcisè extractū in primis parentibus, sed quatenus durans, & perseverans usque ad mortem, & sub ea conditione à Deo prævisum; itaque loca Aug. in quibus præstatum Apostoli textum de positivā reprobatione explicatè videtur, intelligi debent accommodatè, ita quod non de toto, & integro illo textu loquatur, sed tantum de ultima parte illius, qua diximus. Apostolum tangere etiam reprobationem positivam, cuius causam assignat ex parte nostri; & hæc expositio necessaria videtur, ne Aug. sibi contradicere existat, dum illis in locis infert citandis art. seq. eundem textū explicat de reprobatione negativa. Quando vero dicit, illatum in ea objectione non negari ab Apostolo, tanquā falsū, sed ultro concessum planè non intendit, quod ab Apostolo concedatur in eo sensu, qui à nobis supra negatū est, sed in sensu, quo etiā non illud concessimus, nempe ex solo Dei benedictio originali, quod uni det gratiam congruam, & efficacem, alteri vero solum sufficienter, neque de hoc quæmpiam rationabiliter conqueti possit. Deo respondere, cur ita fecerit, cum enim sit Dominus, & nulli sit debitor, potest unum magis alio diligere, dum modò ex sua misericordia omnes sufficienter diligit, ac omnibus necessaria præbeat auxilia, que ad eorū salutem perficiendā sufficienter, solum in interitū Aug. impetravit verbis, & nil amplius. Secundo arguit ex Sap. 12. *Ciempis iustus, iustus omnia disponis, eū quoque, qui non debet puniri, condemnas, & exterum glumias a tua virtute;* ergo reprobatio est positivā vitæ, sed peccatorū prævisione. Deinde adduci possunt nonnullæ auctoritates, ex quibus recitioris Hæretici probantur nituntur, Deum eo sine nōnullis homines creare, ut ostendat, & exerceat in eis suam iustitiā punitivā, qualis est illa Prov. 16. *Unusquisque propter semetipsum operatur est Dominus, impium quoque ad diem malum.* Tandem hoc idem solet probari ex Aug. lib. 1. ad Simp. q. 2. & lib. 11. de Genesi ad litteram, cap. 10. de prædest. & gratia c. 15. & 16. & passim lib. de prædest. SS. & de bono perseverantibus, & ad idem probandum alia quoque adduci possunt loca, in quibus docere videtur, Deum ex sola sua voluntate decrevisse aliquos salvare, ut ostenderet in eis gloriam suam per modū misericordie, alios vero decrevisse in massa perditionis relinquire, ut exerceat in eis suam iustitiā iudicium, & quibusdam hominibus conferre auxilia efficaciter, ut salventur, alios vero eadem auxilia non conferre. Respondeo, locum illum Sap. 12. exponi à Lyra nostro, non de punitione æterna, sed temporalis quatenus Deus incedit hominem iustum fine culpa afflicti in exercitio patientiæ, & humilitatis, ut legitur de Job, Tobia, & aliis; ubi tam est advertendum, textum illum in editione vulgata Sixti V. in hanc modū legi, qui sensum facit longè diversum, imò omnino contrarium, *Eum, qui non debet puniri, condemnare exterum glumias a tua virtute, quo sensu declarat, Deum neminem velle punire, antequā sua culpa in meteat, quo versio ceteris præferti debet, tum quia conformis est textui Grego; tum quia consonat phrasi scripturæ in aliis locis, ubi punire dicitur opus extraneum, & alienum, & peregrinum à Deo, ut Isa. c. 28. tum tandem quia consonat his, que docet Salomon in toto ille capite, ubi ait, Deum antiquos punisse peccatores, & inspirata tamen prius præntentia, ut respiceretur, quam cum contemptissimè illis tandem iustissime peccidit, & idè inquit Salomon, neque Regem, neque tyrannū posse à Deo querere de his, quos perdidit, quia omnes ob eorum peccata perdidit sunt iustissimi. Ad secundam auctoritatem illam Scripturæ, ac etiam consimiles D. Aug. abundè sunt explicatæ sup. q. 1. huius disp. n. 35. & 36. Ad ultimum si Aug. vel alii Patres interitum indicare reprobationis positivæ causam non dari ex parte nostra, planè de reprobatione positivā intelligendi non sunt, sed de reprobatione negativā, aut de reprobatione à gratia efficaci, quam nec etiam nomine reprobationis appellant, & præsertim Aug. ubi de peccati positivæ reprobatione loquitur, causam assignat massam perditionis, peccato primi parentis confersa, quod quidè ita intelligendum est, quia constituit perditionem massam univèrsalem in peccato originali, & nō in personali reatu cuiusque, qui in eo hanc vitæ finit, nam hunc quoque sepius assignat ut lib. de cor. & grat. c. 13. propè finem, sed ita ut vellet massam infectionem finalem, sive originalem, sive personalem esse positivæ reprobationis causam, illam verò præcipue esse causam remotam, & radicalem, seu potius occasionem, quatenus pro-*

pter peccatum originale ita quosdam permittit cadere in peccatum finale, ut id non permiserit, si Adam non peccasset, tunc enim omnes fuissent finaliter iusti, & salvati, unde si Aug. interitum dicit, reprobos non esse discretos à massa perditā per originale peccatum, etiam si ad tempus sint iusti, hoc planè non dixit in eo sensu, ut ei olim imposuerit Iulianus, quasi in statu damnationis relabantur, iterumque; sicut de massa perditā per culpam originalem, quatenus perditā per talem culpam, quoniam semel baptizati per iustitiam in baptismo susceptam ita ab ea massa discernuntur, ut nunquam in eam sic infectam sint relapsuri, sed ait, illos esse de massa perditionis, id est, que perditā est ob peccatum originale, quatenus in communi ratione massæ perditæ convenit cum massa perditā ob peccatum personale, quemadmodum Augustinus ubicunque sic loquitur, & explicuit, ac defendit à Massilienium calumniam D. Prosper fidus eius interpretis in responso 2. ad capita Gallorum.

Sed Obicies, Aug. Epist. 107. ad Vitalem sic loquentem, *252 multi salvi non sunt, non quia ipsi noluerunt, sed quia Deus non vult quod abiquis, ulla eagine monstratur in parvulis.* Conf. quia aliqui non subsisterent frequenter admittentes, quas ex Apostolo profert ubique, *quare hunc trahat, & illum non nobis iudicare, si non vis errare, quia in scripturis sunt iudicia Dei,* facile enim responderi, possit hunc non trahi, nec liberari ob prævisā eius peccata. Respondeo, restitui illud ad rē non facere, siquidem, ut patet legenti, loquitur Aug. de parvulis originali culpa infectis, unde inferri nequit, quosdam illorum salvos non fieri antè quodcunque prævisum peccatum, saltem originale; in eo igitur sensu inquit Aug. quosdam non salvari, non quia ipsi nolunt, sed quia Deus non vult, non ut docere vellet, Deum aliquos sua voluntate efficaciter salvare noluisset antè prævisā illorum peccata, sed ut doceret, Deum in gratia conferenda humane voluntatis meritum non sequi; intendebat enim ibi rejicere errorem Pelagii dicentis, gratiam Dei non dari, nisi qui merentibus, & volentibus, & iuxta humane voluntatis meritum, & hunc errorem evidenter convincit in parvulis, quibus non volentibus, ut potè usi rationis non habentibus, gratia Dei cōfertur in baptismo, alios vero nō conferitur, quia Deus non vult illos miraculose in vita servare, impediendo nisi suam causam secundam ineritum coram accelerantium antè baptismum. Ad Conf. certum est, ad mirationem illas non respicere prædestinationem, aut reprobationem in executione positas, sic enim necūm reprobationis, sed etiam prædestinationis potest assignari causa meritoria ex parte hominis, quatenus hic damnatur ex peccatis commissis, & ille salvatur ex operibus bonis, & ille trahitur, quia libertate sua finit, se à Deo trahi, ille vero non, quia libertate sua resistit trahenti; debet ergo intelligi de prædestinatione, & reprobatione in divina mente ab æterno; & loquendo de gratia prædestinationis, non tātum intelligi debet de electione ad gratiam, cur si licet decreverit unum movere in determinatum rerum ordine, tempore, quo est ei congruum, ut se trahi sinat, alium vero non, sed etiam de electione ad gloriam immediate, ut constat ex dicitis n. 102. loquendo vero de reprobatione præstatam à gloria, intelligi debent de reprobatione negativa, ut constat ex proximè dicitis, & amplius consilabitis, quomodo etiam circa reprobationem positivā huius, & illius inscrutabilia sunt iudicia Dei, quia Apostolus non admittit hoc mysterium ob inopiam reddende rationis saltem in communi, quia constat, unquam damnari ob sua prævisā peccata, sed ob ignorantiam rationis in particulari, quia nobis nequit esse notum in particulari peccatum finale, propter quod Deus aliquem reprobavit, & idè optime tum ab Apostolo, tum ab Aug. iudicia Dei dicuntur inscrutabilia quoad reprobationem etiam positivā, quia in istis specialibus peccatis prævisis est aliquid divitiarum, & sunt iudicia incomprehensibilia, quam ex positionem Doctor deducit ex ipso iudicii vocabulo, quia iudicium est de particulari agibili, iustitiam enim nō dicimus de principis practice, sive de legitimis statutis esse iudicia, sed de aliquo particulari actu iudicatur secundū iudicia practica, sive leges statutas, & idè non obstat, quod sit principii practicum statutum per divinā voluntatem, quod omnis prævisus finaliter malus damnetur, tamè de particularibus assumendis, scilicet ite prævidetur sic finaliter malus, & ille fit, qui ex hoc iudicatur ite reprobatus propter hoc, & ille propter illud, ista iudicia sunt inscrutabilia, & soli Deo nota, inquit Doctor; quæ doctrina est valde notanda, nam si interitum inveniretur in Aug. vel aliis SS. PP. de positivā reprobatione loquentibus, quod nequeat, eius assignari causa ex parte nostri, sed quod ad incomprehensibilia pertinet iudicia Dei, intelligendi erunt iuxta sensum præstatum à Scotto edoctum de causa in particulari.

Tertio arguitur ratione, quia hoc decet divinam omnipotentiam, cum enim Deus sit supremus creaturarum Dominus, potest absque earum injuria de illis disporre, prout voluerit, atque nulla earum precedente culpa potest eas, à gloria positivè

ve excludere, & ad penam deputare. Tum quia decet etiam dignitatem iustitiam, ut aliquos excludat a gloria, & damnet ad penam etiam non oblata ex parte ipsorum causa, sicut per divinam misericordiam alios eligit ad gloriam, nulla ex parte ipsorum precedente causa. Tum quia ita etiam postulat divina providentia, quia perfectior operandi modus videtur, si operans incipit a fine, hinc dicitur, quod ordinatè volens prius vult finem, deinde media ad finem. Tum tandem quia ex hoc, quod nostra peccata causa sint æternæ damnationis, non rectè inferitur, quod pariter sint causa nostre reprobationis; sicut è contra præsertim in nostra sententia in hoc, quod merita nostra sint causa nostre salutis, non rectè inferitur, quod sint causa prædestinationis, vel æternæ electionis ad gloriam.

254 Respondent aliqui ad p. concedendo totum de potentia Dei absolute ratione sui supremi domini, ita tamen de facto non contigisse ob testimonia scripture adducta; attamen neq; hoc concedendum videtur, quia ut inquit Doct. r. d. 41. s. potest aliter dici, videtur creditur esse, punire aliquem nulla in eo præexistente culpa, quare piè opinor, Deum saltem, ut iustum Iudicem non potuisse ita facere, nam ut talis est, infligit penam, quæ dicit ordinem ad culpam, quare si culpa non esset, nec posset esse pena, unde Aug. epist. 106. ait, si Deus quemquam immeritum, & nulli peccato obnoxium damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur; hinc Arriaga disp. 39. num. 9. rationi scoticæ nixus ait, etiam consequenter loquendo probabilis esse, non posse Deum divinitus hominem perpetuis cruciatibus titulo supremi domini, etiam excludendo rationem penæ, ad iudicare, nam multum valde id videtur habere de crudelitate, si quis ad ostendendum suum dominium in brutum, canem v.g. vellet illum singulis diebus seminare; itaq; ad summum posset Deus absolute loquendo, si uti vellet iure suo, excludere aliquem a gloria, ut regni illius absolutus Dominus, illumque in puris naturalibus relinquere, ut docet Doct. 2. d. 33. in fine, potest enim non velle dare tale bonum, cum dare illud, vel non dare sit in sua libera potestate, ut dicitur ell. nu. 23. Dices beatitudinis supernaturalis nulli rationali creatura secundum se considerate debet; ergo saltem potest Deus ex sua voluntate ab ea creaturam excludere absq; iniuria. Respondeo, ita esse, ut ibidem dicitur, & idè potuisset Deus absolute loquendo creaturam rationalem ad finem supernaturalem non ordinatè, attamen quia de facto in talem finem eam ordinavit, illa beatitudo modo est nobis debita, alioquin pena non esset nobis illa privati, & idè quia talis exclusio nobis pena est, ac damnatio, nequit Deus absq; nostra culpa velle. nos ab illa efficaciter excludere. Ad 2. ait Doct. d. 41. cit. s. contra istud, non poni similem processum prædestinationis, & reprobationis, quia bona omnia tribuuntur principiter Deo, mala autem nobis, & ita Deum prædestinare sine causa ex parte nostri cõgruit bonitati sue; sed ipsum velle damnare non videtur sibi immediate posse attribui respectu objecti, ut cogniti in suis puris naturalibus, sed tantum respectu objecti, ut cogniti in peccato mortali finali; ex quibus occludo, neq; divinam potentiam, neq; iustitiam decere, aliquos excludere a gloria, & ad penam deputare, nulla oblatâ causa ex parte nostra; non quidem divinam potentiam, quia ut canit Ecclesia in quadam collecta hanc potius parcendo, & misericordiam manifestat; nec minus iustitiam, quia sicut per illam opera tantum bona præmiat, ita quoq; solum punit opera mala. Ad 3. negatur etiam paritas, quoniam in prædestinatione bene distinguitur ordo intentionis ab ordine executionis, quia gloria propriè habet rationem finis, ac damnatio, quæ est unius reprobationis effectus ratione finis per se, & primò ad Deo voliti, ac intenti habere non potest, & idè reprobatio, quæ circa eam versatur, rationem intentionis propriè habere non potest, sed tantum executivæ voluntatis, nec finem, nisi quasi per accidens, & secundum illud in primo instanti, in quo Petrum prædestinat, nihil vult iudicè; similiter in secundo instanti, in quo vult Petro gratiam efficacem, nihil vult iudicè in tertio instanti permittit Petrum, Judam esse de mala perditionis, & hic actus est uniformis circa Petrum, & Judam, & subdit, ex isto actu est illud verum, Judas erit finaliter peccator post illis negationibus, scilicet quod non vult eide gloriam, nec gratiam efficacem; ergo ex illis duabus negationibus gratiæ, & gratiæ in primo, & secundo signo sequitur casualiter, Judam finaliter peccaturum, & consequenter Deum esse causam primariam sue reprobationis. Respondeo ad intentionem Doct. r. planè id non ita intelligi debere, quasi ex illis duabus negationibus sequatur, necessitate antecedentiæ, & casualitatis Judam finaliter peccaturum; hoc enim conceptis verbis ab eo negatur ibidem, s. primum istorum, & d. 47. ad p. prin. ubi ait, Deum non præscire, Luciferi peccaturum, quia præscit, se permissurum, quod cadat sed Julia præscit, se cooperaturum Lucifero ad substantiam illius actus, qui erit peccatum; intelligendum est

255 Quarto voluit Deus omnibus reprobis antecedenter negare auxilia congrua, vel efficaciam ad salutem; hoc autem provenire debet ex aliquo fine per se intento, qui alius esse nequit, nisi privatio gloriæ; ergo hæc fuit eis antecedenter, & per se volita, & non tantum consequenter. Conf. quia ex permissione sequitur

peccatum, & ex hoc privato glorias ergo Deus in permissione efficaciter voluit saltem virtualiter, vult hominem carere gloria. Respondeo, negando minorem quoad secundam partem; nam electis quoque interdum negat Deus auxilia congrua in quibusdam occasionibus, & tamen certum est, id non faceret eos gloriam privet; negat igitur reprobis talia auxilia ex aliis finibus sibi notis, nimirum, vel ad ostendendam suam libertatem, quia non tenetur omnibus auxiliis dare cogrua, vel ad offensum majorem amoris ergo prædestinatos, vel ad causas nobis ignotis. Dices, voluit Deus electis dare gratiam congruam, ut salventur; ergo aliis dare voluit non congruam, ut non salventur. Negatur consequentia, quia ut sepè dictum est, negotio gratiæ congruè in reprobis non est causa per se peccati, aut damnationis, cum reprobis habeat auxilium sufficiens, unde cum dicimus, voluisse Deum non dare congruam gratiam aliquibus, hoc non est ita intelligendum, quod directè voluerit, ut illa gratia, quam dat, non sit congrua, quia non congruitus ex culpa nostra procedit, scilicet ex abusu gratiæ sufficientis, & resistentiæ liberi arbitrii, vel extendendo locutionem etiam ad infantes pertinet ad impedimentum salutis, & idè neutrum esse potest ad Deo volitum, & intentum; & idè absolute negandum est, Deo reprobis præparasse gratiam incongruam, regulatim loquendo, sed tantum specificatè concedi potest, ut sensus sit, quod eis præparavit gratiã sufficientem, præstitit tamen incongruam, & inefficacem, non ex ipsa natura gratiæ, aut ex Deo, sed ex libero nostro arbitrio, ut explicatum est q. præced. Ad Conf. dico, non minus per eam probati. Deum intendere, & velle virtualiter peccatum, quoad quidem illud ex ipsa permissione immediatè sequatur, quam gloriæ privatio; cum ergo uterq; ex permissione sequi peccatum, dico, id non posse intelligi, quæ ex propria & per se causa, quia ex vi sola permissionis peccati non rectè dicitur, peccatum infallibiliter futurum, quia permissio præfert tantum formaliter suspensione efficacis auxilii, non verò subtractionem auxilii sufficientis, & peccatum nõ per se sequitur ex auxilio sufficiente, sed per accidens, & ex malitia humana, unde minime opus est, Deum illud velle, quod vult entitate auxilii purè sufficientis, & suspendit efficaciam, & idè scitè dixit Scot. 1. d. 42. s. primum istorum, & d. 47. ad p. prin. Deum non prævidere certo peccatum fore ex hoc solum quod scit, se permittere absolute hominem finaliter peccatum, sed ex hoc, quod certo scit, se illi cooperaturum ad actum peccati, vel non cooperaturum ad alium actum, cujus omisso peccatum est, Dices, ad quid ergo per se ordinatur divina permissio, si non ordinatur ad peccatum? Vulpes disp. 40. ar. 4. ad 3. ait permissionem esse ad Deo volitam, non ut homo peccet, sed solum præscitè, ut imputabiliter agat cum vera libertate ad merendum, & demerendum requirit, quarens divina permissio causa est, sine qua homo uti nequit sua libertate, ut imputabiliter agat cum vera indifferentia, & indeterminata ad agendum, & non agendum cum merito, & demerito. Sed falsum est, divinam permissioem necessariam esse, ut homo liberè, & imputabiliter agat, nam prædestinatione finaliter meretur, & talis operatio est ei libera, & imputabilis ad meritum, cui tamen permissum non est finaliter peccare, cum tunc operetur, & mereatur munitus efficacibus auxilii, per quod excluditur peccati permissio; Resp. itaque ad alios fines ordinari iam insinuatos, qui necessarii sunt cum peccato connexionem nõ habent, de quibus ex insinuatè dicemus artic. seq. de negativa reprobatione acturæ; interim pro argumenti solutione sufficiat, ex permissione non sequi peccatum per se, sed solum per accidens ex hominis voluntate, quandoquidem habet auxilium sufficiens, cum quo, si voluisset, potuisset vitare peccatum; quare cum divina permissio excludat tantum auxilium efficacem, non verò sufficientem, nunquam inferri potest, esse ea per se, & ex natura rei peccatum sequi, sed tantum per accidens, & ex malitia nostra.

Sed Obicies, Scotum 1. d. 41. s. contra istud, de processu Dei in reprobando sic loquentem, in primo instanti, in quo Petrum prædestinat, nihil vult iudicè; similiter in secundo instanti, in quo vult Petro gratiam efficacem, nihil vult iudicè in tertio instanti permittit Petrum, Judam esse de mala perditionis, & hic actus est uniformis circa Petrum, & Judam, & subdit, ex isto actu est illud verum, Judas erit finaliter peccator post illis negationibus, scilicet quod non vult eide gloriam, nec gratiam efficacem; ergo ex illis duabus negationibus gratiæ, & gratiæ in primo, & secundo signo sequitur casualiter, Judam finaliter peccaturum, & consequenter Deum esse causam primariam sue reprobationis. Respondeo ad intentionem Doct. r. planè id non ita intelligi debere, quasi ex illis duabus negationibus sequatur, necessitate antecedentiæ, & casualitatis Judam finaliter peccaturum; hoc enim conceptis verbis ab eo negatur ibidem, s. primum istorum, & d. 47. ad p. prin. ubi ait, Deum non præscire, Luciferi peccaturum, quia præscit, se permissurum, quod cadat sed Julia præscit, se cooperaturum Lucifero ad substantiam illius actus, qui erit peccatum; intelligendum est

est ergo, materialiter solum, & per simplicem quandam concomitantiam ad illas negationes sequi, non prædestinatos finaliter salutem in lethalem culpam; quo etiam sensu concedunt omnes, post permissionem sequi peccatum, non quidem necessitate antecedentiæ, & casualitatis, quia necessitate postea actione ponitur effectus, sed necessitate consequentiæ, & concomitantie, ut etiam notavit Vulpes art. 4. cit.

Quinto tandem arguit, si daretur causa reprobationis ex parte hominis; ergo in ejus potestate esset reprobari, & non reprobari, & proinde etiam in ejus potestate esset prædestinari, & non prædestinari, nam hæc duo immediata esse censentur, omnes enim, qui non reprobantur, prædestinantur; ergo potest homo esse causa sua prædestinationis, nimirum existens causa sua non reprobationis; ad prædestinatum non potest esse in hominum potestate, cum sit donum omnino liberale, & gratiosum Dei, quod nectum non asserimus ponentes, prædestinationem consistere in electione efficaci ad gloriam ante prævisam meritam nostram; sed etiam ipsi ponentes, talem electionem subsecuti meritam nostram; & ipsi fatentur, hæc merita non esse ex viribus nature elicita, ut Pelagiani dicebant, sed ex divina gratia, unde prædestinationem ipsi statuunt in electione ad primam efficacem gratiam, ex qua proveniunt merita, & consequentio gratiæ.

Ad hoc argumentum varie sunt solutiones, & quamplures inutiles, Vulpes loc. cit. concedit priorem consequentiam, & negat posteriorem, etenim inter prædestinatum, & positive nõ reprobatum datur in ordine intentionis mediũ, scilicet reprobari negativè. Sed male, vel saltem minus consequenter prior concedit consequentiam quoad secundam partem, quod reprobari negativè fit in nostra potestate, nõ præcedentibus articulis jam docuerat, negativè reprobationis nullam dari causam ex parte reprobis, sed esse eam referendam in voluntatis divinæ libertatem; si ergo positive reprobari est in potestate nostra, quia positive reprobationis datur causa ex parte nostri, eadem ratio si est in potestate nostra negativa reprobatio, dabitur ejus causa ex parte nostri, quod tamen ipse non concedit; male etiam negat posteriorem consequentiam, nam ista est bona consequentia non sum reprobis, ergo sum prædestinatus; ergo si in potestate mea est, ut sum reprobis, vel non reprobis, erit consequenter in mea potestate esse prædestinatum, nam de facto in quocunque deus potestatem siquo quicunque non est reprobis, est prædestinatus. Faber art. 1. disp. 59. in fine etiam posterioriorem concedit consequentiam, & negat falsitatem consequentiæ, ait enim esse in potestate nostra tam reprobati, quam prædestinati loquendo de adultis, de quibus est presens difficultas, cum parvuli non sint libertatis capaces, quod postea ex insinuatè declarat disp. 62. cap. 1. ubi inquit, quod accipiendo prædestinationem per electionem, & collationem primæ gratiæ, ut multi accipiunt, prædestinatio non est in nostra potestate ullo modo, quia illa collatio gratiæ est omnino gratuita; sed quia cõmuniõr est acceptio nominis prædestinationis pro electione ad gloriam æternam, potest absolute dici, nostram prædestinationem pendere ex nobis. Cæterum neque solutio hæc est admittenda, quia absolute loquendo dici non debet, prædestinationem esse in nostra potestate, sed potius dici debet, esse in libera potestate Dei prædestinatus; & ratio est, quia est prædestinatio secundum aliquam rationem, considerata pòdeat a nobis, & fit in potestate nostra; tamen secundum alias rationes & plures, & graviore est in potestate Dei, non autem nostra, etiam præscindendo a questione, an fiat ante meritum prævisionem, vel post eam, absoluta autè denominationi fieri debet ad majorem, & principiorum parte; & idè, scriptura, & Patres absolute loquentes prædestinationem tribuunt, non hominibus operibus, vel nostre libertati, sed voluntati, ac misericordie Dei, ut constat ex loco Pauli superius allato ad Rom. 9. non volentis neque currentis, sed Dei misericordie, & Jo. 15. non vos elegit me, sed ego elegi vos, & pluribus aliis quib. præceden. adductis art. 2. & 3. ex scriptura, & Patribus; falsum est ergo absolute, prædestinationem sumptam etiam pro potestate, sicut absolute dicitur de reprobatione, quod totum deducitur ex Scotico principio, sepius inculcato, quod non est similis processus prædestinationis, & reprobationis, quia bona omnia principiter Deo tribuuntur, mala autem nobis.

Utriguer hæc difficultates inter Recentiores non parùm controversa breviter declaratur, cum sit potius contentio de nomine, & de modo loquendi, quàm de re, ad verendum est, prædestinationem spectari posse, vel secundum ordinem intentionis, vel executionis, & hoc modo fursus dupliciter, vel secundum aliquam particularem rationem, seu partium effectum, vel universaliter, seu totaliter respectu omnium effectuum, si primo modo dicitur, esse in potestate nostra, stante præsertim sententia nostra, de electione ad gloriam ex mera Dei misericordia absque ullis precedentibus meritis in divina præsentia; in op-

posita vero sententia dici potest talis electio in potestate nostra non quidem simpliciter, & absolute loquendo, sed in potestate nostra supernaturali, & elevata per gratiam, sub qua ratione voluntas est causa meritum; si vero alio modo spectetur, scilicet secundum ordinem executionis, & ut terminata ad aliquem particularem, seu partialem effectum, dici potest esse in nostra potestate, & hoc in omni opinione, quia omnes concedunt, gloriam in tempore a nostris meritis causari, & ob ea nobis dari per modum præmii, & consequenter etiam omnes concedunt, Deum ab æterno decrevisse efficaciter illam dare ex meritis prævisis; & idè cum merita ita sint in nostra potestate supposito Dei auxilio, consequenter prædestinatio erit in nostra potestate sub hac ratione considerata, quatenus scilicet terminata ad gloriam per merita; secundum hunc ordinem executionis intelligi potest vulgata illa propositio Aug. ad scripta, si non es prædestinatus fac, ut prædestineris, & nonnulla alia à FABRO adducta pro suo locuendi modo loc. cit. & disp. 54. cap. 3. & disp. 56. c. 2. ut reuli disp. 4. n. 78. & 79. licet, ut ibi dixi, propositio illa in Aug. non legatur, sed tantum in Enchiridion c. 103. quid æquivalens. Tandem si prædestinatio ulcimo modo consideretur, scilicet secundum ordinem omnium executionis, & universaliter, ac totaliter respectu omnium effectuum comprehendendo etiam primam gratiam efficacem, ut involvit actualem connexionem cum libero consensu prædestinati, quam gratiam essentialiter postulat ad totum prædestinatio, propter actibus beatitudinem comparantur, nõ est in nostra potestate quoad ejus donationem, & existentiam, imò neq; quoad intrinsecam vim ipsius primæ gratiæ efficacis; & quæ gratia efficax, ut efficax, essentialiter involvit; & quem quod non fit in nostra potestate quoad ejus donationem, & existentiam, concedunt omnes, quia non est in nostra potestate ea gratia præveniri, vel non præveniri, quam Deus novit, in nobis effectu habituram; Quod verò negat, ut in nostra potestate quoad intrinsecam vim ipsius primæ gratiæ efficacis, suppono ex probabiliori sententia de efficacitate gratiæ, quod hæc efficacitatem non habeat solum in actu secundo ex libera cooperatione nostra, sed etiam aliquo modo in actu primo antecedente ad eam (sive physicam, sive moralem, quod probabilius est, non curto modo) nam gratia efficax, ut semper de ea loquitur Aug. non solum dat, ut possimus velle, & facere, quod commune habet cum gratia sufficiente, sed etiam dat, & tacit, ut velimus, & faciamus, & hoc habet, ut immediate ad Deo doneur, quæ omnia hæc nostra tempestate ex latè prohibitionibus potius supponete debemus, quam disputare.

Quantum verò spectat ad reprobationem, dicendum est, positivam quidem esse in nostra potestate, quia hæc facta est post peccatorum absolutam previsionem, & propter ipsa opera mala, quare sicut opera mala sunt in nostra potestate, ita est reprobatio ab eis dependens; negativa vero reprobatio nullo modo dici potest esse in nostra potestate, eo quia talis reprobatio nullam habet causam ex parte reprobis, ut dicemus art. seq. vel si pro causa habet originale peccatum, ut nonnulli contendunt, cum neq; hoc in nostra sit potestate, eo quia non sit propria voluntate contractum, adhuc neq; hoc capite poterit dici, reprobatio negativa in nostra esse potestate. Ex his ad argumentum propositum concessa priori consequentia neganda, erit posterior quamvis enim rectè sequatur, non sum reprobis, ergo sum prædestinatus; non tamen rectè inferitur, est in potestate mea esse reprobis, ergo est in potestate mea esse prædestinatum; ratio disparitatis est, quia aliud est comparate invicem prædestinationem, & reprobationem simpliciter, & absolute, sumptas, prout verè, & realiter sunt in Deo: aliud verò, eas comparate particulariter, & limitatè per ordinem ad potestatem, & libertatem nostram; nam primo modo considerate nullum admittunt medium, nam nullum omnino est, qui in divina mente non sit prædestinatus, vel reprobatus, quia in primo enthememate ita comparantur; idè, tenet consequentia; et in secundo, quia inter se comparantur, non absolute, sed per ordinem ad peccatam, & libertatem nostram, sub qua plures cadunt rationes reprobationis, quam prædestinationis, ut constat ex modo dictis, idè absolute dici potest, esse in nostra potestate reprobatio, non autem prædestinatio, quæ doctrina declarari potest per id, quod diximus in logica, inter contradictionem absolute sumptam non dari medium, dati tamen inter ea limitatè sumpta, & cum aliquo sine thegoremate, unde homo nec est per se albus, nec per se non albus, est itaq; in hominis potestate reprobatio positiva, non negativa, & in ordine ad prædestinationem libertas ejus non consistit in hoc, quod ipse possit facere, ut prædestinetur, vel non prædestinetur à Deo, sed in hoc, quod potest operari, & non operari, ut consequatur salutem.